

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Misericordia y  
cum fonte primo

Quinta: per quam michi continendi  
deinceps et emendacius uiuendi  
prestitisti uirtutem ne recidium  
paterer, et esset nouissimus error  
peior priore.

Postquam in hiis quinque miserationibus  
a malo liberaueris,

in duabus aliis bona largiris.  
Hee due sunt gracia promerendi,  
quam uidelicet munus bone  
conuersionis indulges, et spes  
optinendi qua donas homini indigno et  
peccatori de tua tociens experta bonitate  
usque ad caelestia speranda presumere.

Ibidem (Bernardus sermone  
LXXXVIII.).

Sequitur misericordia  
quinta, per quam mihi continendi  
deinceps et emendacius vivendi  
praestitisti uirtutem, ne recidium  
paterer, et esset NOVISSIMUS ERROR  
PEIOR PRIORE (Mat. 27:64).

Omnino enim manifeste tuae est,  
Domine Deus, et non humanae uirtutis,  
susceptum semel peccati iugum a  
cervicibus excutere, quoniam OMNIS  
QUI FACIT PECCATUM, SERVUS EST  
PECCATI, nec est liberari nisi in manu  
forti. Iam uero,

postquam in his quinque miserationibus  
a malo liberaueris,

ut fiat quod scriptum est:

DECLINA A MALO ET FAC BONUM,

in duabus aliis bona largiris.

Hae uero duae sunt gratia promerendi,  
qua uidelicet manus bonae  
conuersionis indulges, et spes  
obtinendi, qua donas homini indigno et  
peccatori, de tua toties experta bonitate,  
usque ad caelestia speranda praesumere.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo de*  
*misericiordiis*, 5 (SBO 6.1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.43,  
ll.9-18).